Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26271
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ceterum significantiam comprehendi. Generationes autem
ratio simplex est. Nam conceptum de spu sco natu ex ma
ria virgine omnium op̃ ypphariam e. Sed plures irreligiosi
& a spiritali doctrina admodum alieni occasionem ex eo
occupant nuptie de maria oppugnandi quod dictum sit.
priusquam conuenirent inuenta e in utero habens. Et illud.
Noli timere accipere coniugem tuam. Et illud. ñ cognouit
eam donec peperit. ñ recordantes desponsatam fuisse. & dic
tum e hoc ioseph uolenti eam abicere. quia iustus ipse
nollet in eam lege decerni. Igitur ne qua de partu eius
ambiguitas existeret. ipsa concepit de spu sco. xpi testis
assumitur. deinde quia desponsata est in coniuge re
cipitur. Congnoscitur itaq; post partum. idem transit in
coniugis nomen. Cognoscitur enim ñ admiscetur. Denique
diu transiuit ioseph ad egyptum admonet ita. dicitur q.
Accipe puerum & matrem eius. & uade in egyptum. & reui
tere cum puero & matre eius. & rursum in luca. & erat
ioseph & mater eius. Et quo cuncta quoq; de utroq; fit
sermo mat poci xpi qui id erat. ñ uxor ioseph e nuncu
pata. quia ñ erat. Sed hec quoq; ab angelo ratio seruata
est. ut cum de sponsatam eam uiro ioseph significabat.
coniugem nuncuparet. Nam ita ait. Ioseph fili dauid.
noli timere accipere mariam coniugem tuam. Ergo &
coniugis nomen sponsa suscepit & post partum in coniu
gem. secundum tamen ihu mater ostenditur. utque